Cantuor dedi
15. flor. 9. Jan.
[illegible]

Ἐν Θεῷ τέλος.

Excellentissime Heros, Magnum illud imbecillitatis humanae patrocinium Necessitas καὶ πενία δὲ καὶ ἀπορία, facit ut limites verecundiae plane ἀπρεπέστων transgrediar interim tua humanitas me ultro sublevat ad te igitur confugio, quia quem appellem quem implorem, quem obtester, neminem invenio, jacentem igitur erige, et noli admittere ut desperatus quasi pereat Residens Regius Amstelodami adhuc moratur cum d. Bicke, non frustra forsan dubito an compotes voti evadant in impetrandis pecuniis, pro ut auditione percepi. Peto igitur supplex a tua magnificentia ut viatico exiguo subvenias, quo iter ad utrumque nostrum Puteanum ingrediar. Beneficii ut ego ita et Parens memor erit et sancte solutionem recipio bonam. Suscipe me igitur Generosissime Heros in tuam fidem et clientelam. et audaciae meae ignosce.

Magnificentiae tuae servus

J. J. Winding mp.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Winding) 1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3444

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Winding) 1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3444

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Winding) 1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3444